


# The Third Sunday after Easter



21 April 2024

Vespers & Benediction of the Blessed Sacrament 3.00

# The Third Sunday after Easter

## AT VESPERS

Pater noster. Ave Maria.

℣. ✠ Deus, in adiutorium meum intende.  
℞. Dómine ad adiuvándum me festína.  
Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et  
in sǎcula sǎculórum. Amen. Allelúja.

*Ant.* Allelúja.

### Psalmus 109

**D**IXIT Dóminus Dómino meo: \* Sede a  
dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos, \* scabéllum  
pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex  
Sion: \* domináre in médio inimicórum  
tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in  
splendóribus sanctórum: \* ex útero ante  
lucíferum genui te.

Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: \*  
Tu es sacérdos in ætérnum secúndum  
órdinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, \* confrégit in die  
iræ suæ reges.

Judicábit in natió nibus, implébit ruínas: \*  
conquassábit cápita in terra multórum.

De torrén te in via bibet: \* proptérea  
exaltábit caput.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper,  
\* et in sǎcula sǎculórum. Amen.

Our Father. Hail Mary.

℣. ✠ O God, make speed to save me. ℞. O  
Lord, make haste to help me. Glory be to the  
Father, and to the Son, and to the Holy Ghost.  
As it was in the beginning, is now, and ever  
shall be, world without end. Amen. Alleluia.

*Ant.* Alleluia.

### Psalm 110

**T**HE Lord said unto my Lord, \* Sit thou on  
my right hand, until I make thine enemies  
thy footstool.

The Lord shall send the rod of thy power out  
of Sion: \* be thou ruler, even in the midst  
among thine enemies.

In the day of thy power shall the people offer  
thee freewill offerings with an holy worship: \* the  
dew of thy birth is of the womb of the morning.

The Lord sware, and will not repent, \* Thou  
art a Priest for ever after the order of  
Melchisedech.

The Lord upon thy right hand \* shall wound  
even kings in the day of his wrath.

He shall judge among the heathen; \* he shall  
fill the places with the dead bodies, and smite in  
sunder the heads over divers countries.

He shall drink of the brook in the way; \*  
therefore shall he lift up his head.

Glory be to the Father, and to the Son, \* and  
to the Holy Ghost.

As it was in the beginning, is now and ever  
shall be, \* world without end. Amen.

### Psalmus 110

**C**ONFITEBOR tibi, Dómine, in toto corde meo: \* in consílio justórum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini: \* exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus: \* et justítia ejus manet in sáculum sáculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus: \* escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sáculum testaménti sui: \* virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

Ut det illis hereditátem géntium: \* ópera mánuum ejus véritas, et judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus: † confirmáta in sáculum sáculi, \* facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo: \* mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum, et terríbile nomen ejus: \* inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Inteléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: \* laudátio ejus manet in sáculum sáculi.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \* et in sácula sæculórum. Amen.

### Psalmus 111

**B**EATUS vir, qui timet Dóminum: \* in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus: \* generátio rectórum benedicétur.

### Psalm 111

**I**WILL give thanks unto the Lord with my whole heart, \* secretly among the faithful, and in the congregation.

The works of the Lord are great, \* sought out of all them that have pleasure therein.

His work is worthy to be praised, and had in honour, \* and his righteousness endureth for ever.

The merciful and gracious Lord hath so done his marvellous works, \* that they ought to be had in remembrance.

He hath given meat unto them that fear him; \* he shall ever be mindful of his Covenant.

He hath shewed his people the power of his works, \* that he may give them the heritage of the heathen.

The works of his hands are verity and judgement; \* all his commandments are true.

They stand fast for ever and ever, \* and are done in truth and equity.

He sent redemption unto his people; \* he hath commanded his covenant for ever; holy and reverend is his Name.

The fear of the Lord is the beginning of wisdom; \* a good understanding have all they that do thereafter; the praise of it endureth for ever.

Glory be to the Father, and to the Son, \* and to the Holy Ghost.

As it was in the beginning, is now and ever shall be, \* world without end. Amen.

### Psalm 112

**B**LESSED is the man that feareth the Lord; \* he hath great delight in his commandments.

His seed shall be mighty upon earth; \* the

Glória, et divítiaē in domo ejus: \* et justítia ejus manet in sáculum sáculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis: \* miséricors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et cōmodat, † dispónet sermónes suos in judício: \* quia in aetérnum non commovébitur.

In memória aetérna erit justus: \* ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, † confirmátum est cor ejus: \* non commovébitur donec despíciat inimicos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus: † justítia ejus manet in sáculum sáculi, \* cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet: \* desidérium peccatórum períbit.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \* et in sácula sæculórum. Amen.

### Psalmus 112

**L**AUDATE, púeri, Dóminum: \* laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, \* ex hoc nunc, et usque in sáculum.

A solis ortu usque ad occásum, \* laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, \* et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus, Deus noster, qui in altis hábitat, \* et humília réspicit in cælo et in terra?

generation of the faithful shall be blessed.

Riches and plenteousness shall be in his house; \* and his righteousness endureth for ever.

Unto the godly there ariseth up light in the darkness; \* he is merciful, loving, and righteous.

A good man is merciful, and lendeth; \* and will guide his words with discretion.

For he shall never be moved: \* and the righteous shall be had in everlasting remembrance.

He will not be afraid of any evil tidings; \* for his heart standeth fast, and believeth in the Lord.

His heart is established, and will not shrink, \* until he see his desire upon his enemies.

He hath dispersed abroad, and given to the poor, \* and his righteousness remaineth for ever; his horn shall be exalted with honour.

The ungodly shall see it, and it shall grieve him; \* he shall gnash with his teeth, and consume away; the desire of the ungodly shall perish.

Glory be to the Father, and to the Son, \* and to the Holy Ghost.

As it was in the beginning, is now and ever shall be, \* world without end. Amen.

### Psalm 113

**P**RAISE the Lord, ye servants; \* O praise the Name of the Lord.

Blessed be the Name of the Lord \* from this time forth for evermore.

The Lord's Name is praised \* from the rising up of the sun unto the going down of the same.

The Lord is high above all heathen \* and his glory above the heavens.

Who is like unto the Lord our God, that hath his dwelling so high, \* and yet humbleth himself to behold the things that are in heaven and earth!

Súscitans a terra ínopem, \* et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, \* cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, \* matrem filiórum lætántem.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, \* et in sácula sæculórum. Amen.

### Psalmus 113

**I**N éxitu Israël de Ægýpto, \* domus Jacob de pópulo bárbaro:

Facta est Judæa sanctificátio ejus, \* Israël potéstas ejus.

Mare vidit, et fugit: \* Jordánis convérsus est retrórsum.

Montes exsultavérunt ut aríetes, \* et colles sicut agni óvium.

Quid est tibi, mare, quod fugísti: \* et tu, Jordánis, quia convérsus es retrórsum?

Montes, exsultástis sicut aríetes, \* et colles sicut agni óvium.

A fácie Dómini mota est terra, \* a fácie Dei Jacob.

Qui convértit petram in stagna aquárum, \* et rupem in fontes aquárum.

Non nobis, Dómine, non nobis: \* sed nómini tuo da glóriam.

Super misericórdia tua, et veritáte tua: \* nequándo dicant gentes: Ubi est Deus eórum?

Deus autem noster in cælo: \* ómnia quæcúmque vóluit, fecit.

He taketh up the simple out of the dust, \* and lifteth the poor out of the mire;

That he may set him with the princes, \* even with the princes of his people.

He maketh the barren woman to keep house, \* and to be a joyful mother of children.

Glory be to the Father, and to the Son, \* and to the Holy Ghost.

As it was in the beginning, is now and ever shall be, \* world without end. Amen.

### Psalms 114–115

**W**HEN Israel came out of Egypt, \* and the house of Jacob from among the strange people,

Judah was his sanctuary, \* and Israel his dominion.

The sea saw that, and fled; \* Jordan was driven back.

The mountains skipped like rams, \* and the little hills like young sheep.

What aileth thee, O thou sea, that thou fleddest? \* and thou Jordan, that thou wast driven back?

Ye mountains, that ye skipped like rams? \* and ye little hills, like young sheep?

Tremble, thou earth, at the presence of the Lord: \* at the presence of the God of Jacob;

Who turned the hard rock into a standing water, \* and the flint-stone into a springing well.

Not unto us, O Lord, not unto us, † but unto thy Name give the praise; \* for thy loving mercy, and for thy truth's sake.

Wherefore shall the heathen say, \* Where is now their God?

Simulácula géntium argéntum, et aurum, \*  
ópera mánuum hóminum.

Os habent, et non loquéntur: \* óculos  
habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non áudient: \* nares  
habent, et non odorábunt.

Manus habent, et non palpábunt: † pedes  
habent, et non ambulábunt: \* non clamábunt  
in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea: \* et omnes  
qui confidunt in eis.

Domus Israël sperávit in Dómino: \*  
adjútor eórum et protéctor eórum est,

Domus Aaron sperávit in Dómino: \*  
adjútor eórum et protéctor eórum est,

Qui timent Dóminum, speravérunt in  
Dómino: \* adjútor eórum et protéctor  
eórum est.

Dóminus memor fuit nostri: \* et benedíxit  
nobis:

Benedíxit dómui Israël: \* benedíxit dómui  
Aaron.

Benedíxit ómnibus, qui timent Dóminum,  
\* pusíllis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus super vos: \* super vos, et  
super filios vestros.

Benedícti vos a Dómino, \* qui fecit cælum,  
et terram.

Cælum cæli Dómino: \* terram autem dedit  
filiis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine: \* neque  
omnes, qui descéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino,  
\* ex hoc nunc et usque in sáculum.

As for our God, he is in heaven: \* he hath  
done whatsoever pleased him.

Their idols are silver and gold, \* even the work  
of men's hands.

They have mouths, and speak not; \* eyes have  
they, and see not.

They have ears, and hear not; \* noses have  
they, and smell not.

They have hands, and handle not; † feet have  
they, and walk not; \* neither speak they through  
their throat.

They that make them are like unto them; \*  
and so are all such as put their trust in them.

But thou, house of Israel, trust thou in the  
Lord; \* he is their succour and defence.

Ye house of Aaron, put your trust in the Lord;  
\* he is their helper and defender.

Ye that fear the Lord, put your trust in the  
Lord; \* he is their helper and defender.

The Lord hath been mindful of us, and he  
shall bless us; \* even he shall bless the house of  
Israel, he shall bless the house of Aaron.

He shall bless them that fear the Lord, \* both  
small and great.

The Lord shall increase you more and more, \*  
you and your children.

Ye are the blessed of the Lord, \* who made  
heaven and earth.

All the whole heavens are the Lord's; \* the  
earth hath he given to the children of men.

The dead praise not thee, O Lord, \* neither all  
they that go down into silence.

But we will praise the Lord, \* from this time  
forth for evermore. Praise the Lord.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper,  
\* et in sácula sæculórum. Amen.

*Ant.* Allelúja, allelúja, allelúja.

### Capitulum

I Petrus 2, 11

**C**ARISSIMI: Obsécro vos tamquam  
Cadvénas et peregrínos, † abstinére vos a  
carnálibus desidériis, \* quæ militant advérsus  
ánimam. ℞ Deo grátias.

### Hymnus

**A**D cœnam Agni próvidi,  
Et stolis albis cándidi,  
Post tránsitum maris Rubri,  
Christo canámus príncipi.

Cujus corpus sanctíssimum,  
In ara crucis tórridum,  
Cruóre ejus róseo  
Gustándo vívimus Deo.

Protécti Paschæ véspere  
A devastánte Ángelo,  
Erépti de duríssimo  
Pharaónis império.

Jam Pascha nostrum Christus est,  
Qui immolátus agnus est:  
Sinceritátis ázyma,  
Caro ejus obláta est.

O vere digna hóstia,  
Per quam fracta sunt tártara,  
Redémpta plebs captívata,  
Reddíta vitæ prámia.

Consúrgit Christus túmulo,  
Victor redit de bárathro,

Glory be to the Father, and to the Son, \* and  
to the Holy Ghost.

As it was in the beginning, is now and ever  
shall be, \* world without end. Amen.

*Ant.* Alleluia, alleluia, alleluia.

### Chapter

I Peter 2, 11

**D**EARLY beloved: I beseech you as strangers  
and pilgrims, † abstain from fleshly lusts, \*  
which war against the soul. ℞ Thanks be to God.

### Hymn

**T**HE Lamb's high banquet we await  
In snow-white robes of royal state:  
And now, the Red Sea's channel past,  
To Christ our Prince we sing at last.

Upon the Altar of the Cross  
His Body hath redeemed our loss:  
And tasting of his roseate Blood,  
Our life is hid with him in God.

That Paschal Eve God's arm was bared,  
The devastating Angel spared:  
By strength of hand our hosts went free  
From Pharaoh's ruthless tyranny.

Now Christ, our Paschal Lamb, is slain,  
The Lamb of God that knows no stain,  
The true Oblation offered here,  
Our own unleavened Bread sincere.

O thou, from whom hell's monarch flies,  
O great, O very Sacrifice,  
Thy captive people are set free,  
And endless life restored in Thee.

For Christ, arising from the dead,  
From conquered hell victorious sped,

Tyránnum trudens vínculo,  
Et Paradísium réserans.

Quásumus, Auctor ómnium,  
In hoc pascháli gáudio,  
Ab omni mortis ímpetu,  
Tuum defénde pópulum.

Gloria tibi Dómine,  
Qui surrexísti a mórtuis,  
Cum Patre et Sancto Spíritu,  
In sempitérna sácula. Amen.

℣. Mane nobíscum, Dómine, allelúja.  
℞. Quóniam advesperáscit, allelúja.

*Ad Mag. Ant.* Amen, dico vobis.

#### Canticum Beatæ Mariæ Virginis

**M**AGNIFICAT \* ánima mea Dóminum.  
Et exsultávit spíritus meus: \* in  
Deo, salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ: \*  
ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes  
generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: \* et  
sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus, a progénie in  
progénies: \* tíméntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: \* dispérsit  
supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede: \* et exaltávit  
húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: \* et dívites  
dimísit inánes.

Suscépit Israël púerum suum: \* recordátus  
misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros: \*  
Abraham, et sémini ejus in sácula.

And thrust the tyrant down to chains,  
And Paradise for man regains.

We pray Thee, King with glory decked,  
In this our Paschal joy, protect  
From all that death would fain effect  
Thy ransomed flock, Thine own elect.

All praise be thine, O risen Lord,  
From death to endless life restored;  
Whom with the Father we adore,  
And Holy Ghost, for evermore. Amen.

℣. Abide with us, O Lord, alleluia. ℞. For it is  
toward evening, alleluia.

*Ant. on Mag.* Verily, I say unto you.

#### Canticle of the Blessed Virgin Mary

**M**Y soul doth magnify the Lord, \* and my  
spirit hath rejoiced in God my Saviour.

For he hath regarded \* the lowliness of his  
handmaiden.

For behold, from henceforth \* all generations  
shall call me blessed.

For he that is mighty hath magnified me; \*  
and holy is his Name.

And his mercy is on them that fear him \*  
throughout all generations.

He hath showed strength with his arm; \* he  
hath scattered the proud in the imagination of  
their hearts.

He hath put down the mighty from their seat,  
\* and hath exalted the humble and meek;

He hath filled the hungry with good things; \*  
and the rich he hath sent empty away.

He remembering his mercy hath holpen his  
servant Israel; \* as he promised to our forefathers,  
Abraham and his seed, for ever.



Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper,  
\* et in sácula sæculórum. Amen.

*Ant.* Amen, dico vobis, quia plorábitis et  
flébitis vos: mundus autem gaudébit, vos  
vero contristabímmini, sed tristítia vestra  
vertétur in gáudium, allelúja.

℣ Dóminus vobíscum. ℞ Et cum spírítu tuo.  
Orémus.

**D**EUS, qui errántibus, ut in viam possint  
redíre justítiae, veritátis tuæ lumen  
osténdis: da cunctis, qui christiána  
professione censéntur, et illa respúere, quæ  
huic inimíca sunt nómini; et ea, quæ sunt  
apta, sectári. Per Dóminum. ℞ Amen.

#### For Soter & Caius, Pp.Mm.

*Ant.* Lux perpétua \* lucébit Sanctis tuis,  
Dómine, et ætérnitas témporum, allelúja.

℣ Sancti et justí in Dómino gaudéte,  
allelúja. ℞ Vos elégit Deus in hereditátem  
sibi, allelúja.

Orémus.

**G**REGEM tuum, Pastor ætérne, placátus  
Ginténde: et per beátos Sotérem et  
Cajum Mártýres tuos atque Summos  
Pontífices perpétua protectióne custódi;  
quem totíus Ecclésiæ præstitísti esse pastórem.

#### For Anselm, B.C.D.

*Ant.* O Doctor óptime, \* Ecclésiæ sanctæ  
lumen, beáte Anselme, divínæ legis amátor,  
deprecaré pro nobis Fílium Dei, allelúja.

Glory be to the Father, and to the Son, \* and  
to the Holy Ghost.

As it was in the beginning, is now and ever  
shall be, \* world without end. Amen.

*Ant.* Verily, I say unto you, that ye shall weep  
and lament, but the world shall rejoice: ye shall  
be sorrowful, but your sorrow shall be turned  
into joy, alleluia.

℣ The Lord be with you. ℞ And with thy spirit.  
Let us pray.

**O**GOD, who shewest to them that be in  
error the light of thy truth, to the intent that  
they may return into the way of righteousness:  
grant unto all them that are admitted into the  
fellowship of Christ's religion, that they may  
eschew those things that are contrary to their  
profession; and follow all such things as are  
agreeable to the same. Through. ℞ Amen.

*Ant.* Light perpetual \* shall shine upon thy  
Saints, O Lord, and an ageless eternity, alleluia.

℣ O ye holy and righteous, rejoice in the  
Lord, alleluia. ℞ For God hath chosen you for  
his inheritance, alleluia.

Let us pray.

**O**EVERLASTING Shepherd, look down in  
mercy on thy flock: and as thou didst  
choose blessed Soter and Caius, thy Martyrs and  
Supreme Pontiffs to be pastors and rulers of thy  
Church; so at their intercession defend it with thy  
continual protection.

*Ant.* O Doctor most excellent, \* light of holy  
Church, blessed Anselm, lover of the divine law:  
pray unto the Son of God for us, alleluia.

℣ Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúja. ℞ Et osténdit illi regnum Dei, allelúja.

Orémus.

**D**EUS, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Anselmum minístrum tribuísti: præsta, quæsumus; ut quem Doctórem vitæ habuimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis..

### For the Octave of S. Joseph

*Ant.* Fili \* quid fecísti nobis sic? Ecce pater tuus et ego doléntes quærebámus te, allelúja.

℣ Sub umbra illíus, quem desideráveram, sedi, allelúja. ℞ Et fructus ejus dulcis gútturi meo, allelúja.

Orémus.

**D**EUS, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ sponsum elígere dignátus es: præsta, quæsumus; ut quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Qui vivis et regnas cum Deo Patre. ℞ Amen.

℣ Dóminus vobíscum. ℞ Et cum spírítu tuo.

℣ Benedicámus Dómino. ℞ Deo grátias.

℣ ✠ Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscent in pace. ℞ Amen.

Pater noster.

℣ ✠ Dóminus det nobis suam pacem. ℞ Et vitam ætérnam. Amen.

℣ The Lord guided the righteous in right paths, alleluia. ℞ And shewed him the kingdom of God, alleluia.

Let us pray.

**O** GOD, who didst send blessed Anselm thy Doctor to guide thy people in the way of everlasting salvation: grant, we beseech thee; that as we have learned of him the doctrine of life on earth, so we may be found worthy to have him for our advocate in heaven.

*Ant.* Son \* why hast thou thus dealt with us? behold, thy father and I have sought thee sorrowing, alleluia.

℣ I sat under his shadow with great delight, alleluia. ℞ And his fruit was sweet to my taste, alleluia.

Let us pray.

**O** GOD, who by thy ineffable providence didst vouchsafe to choose blessed Joseph to be the spouse of thy most holy Mother: grant, we beseech thee; that we, who venerate him as a protector on earth, may be found worthy to have him as our intercessor in heaven: Who livest and reignest with God the Father. ℞ Amen.

℣ The Lord be with you. ℞ And with thy spirit.

℣ Let us bless the Lord. ℞ Thanks be to God.

℣ ✠ May the souls of the faithful, through the mercy of God, rest in peace. ℞ Amen.

Our Father.

℣ ✠ The Lord give us his peace. ℞ And life everlasting. Amen.

## Marian Antiphon

*Ant.* Regína cœli, \* lætâre, allelúja; Quia quem meruísti portâre, allelúja, Resurrexit, sicut dixit, allelúja: Ora pro nobis Deum, allelúja.

∿ Gaude et lætâre, Virgo María, allelúja.  
℟ Quia surrexit Dóminus vere, allelúja.

Orémus.

**D**EUS, qui per resurrectionem Fílii tui, Dómini nostri Jesu Christi, mundum lætificâre dignátus es: præsta, quæsumus; ut, per ejus Genitricem Vírginem Mariam, perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúdem Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

∿ ✠ Divinum auxiliúm maneat semper nobíscum. ℟ Amen.

## The Novena Prayers

### Hymn—Iste Confessor

**I**STE Confessor Dómini sacrátus  
Festa plebs cujus célebrat per orbem,  
Hac die lætus méruiť suprémos,  
Laudis honóres.

Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,  
Sóbrius, castus fuit et quiétus:  
Vita, dum præsens vegetávit ejus  
Córporis artus.

Ad sacrum cujus túmulum fréquénter,  
Membra languéntem modo sanitáti,  
Quólibet morbo fúerint graváta,  
Restituúntur.

Unde nunc noster chorus in honórem  
Ípsius hymnum canit nunc libénter,

*Ant.* Joy to thee, \* O Queen of Heaven, alleluia; He whom thou wast meet to bear, alleluia, As he promised, hath arisen, alleluia: Pour for us to God thy prayer, alleluia.

∿ Rejoice and be glad, O Virgin Mary, alleluia.  
℟ For the Lord hath arisen indeed, alleluia.

Let us pray.

**O** GOD, who by the resurrection of thy Son our Lord Jesus Christ hast vouchsafed to give joy to the whole world: grant, we beseech thee; that through the help of his Mother, the Virgin Mary, we may obtain the joys of everlasting life. Through the same Christ our Lord. ℟ Amen.

∿ ✠ May the divine assistance remain with us always. ℟ Amen.

**H**E, whose confession God of old accepted,  
Whom through the ages all now hold in  
honour,  
On this his feast day year by year receiveth  
Merited honors.

God-fearing, watchful, pure of mind and body,  
Holy and humble, thus did all men find him;  
While, through his members, to the life immortal  
Mortal life called him.

Thus to the weary, from the life enshrined,  
Potent in virtue, flowed humane compassion;  
Sick and sore laden, howsoever burdened,  
There they found healing.

So now in chorus, giving God the glory,  
Raise we our anthem gladly to his honour,

Ut piis ejus méritis juvémur  
Omne per ævum.

Sit salus illi decus atque virtus,  
Qui supra cœli résidens cacúmen,  
Tótius mundi máchinam gubérnat,  
Trinus et unus. Amen.

That in fair kinship we may all be sharers  
Here and hereafter.

Honour and glory, power and salvation,  
Be in the highest unto him who reigneth  
Changeless in heaven over earthly changes,  
Triune, eternal. Amen.

## At Benediction of the Most Blessed Sacrament

**O** SALUTARIS Hóstia,  
Quæ cœli pandis óstium  
Bella premunt hostília,  
Da róbur, fer auxiliúm.

Uni trinóque Dómino,  
Sit sempitérna glória  
Qui vitam sine término  
Nobis donet in pátria. Amen.

**O** SAVING Victim! opening wide  
The gate of heaven to man below,  
Our foes press on from every side,  
Thine aid supply, thy strength bestow.

All praise and thanks to thee ascend  
For evermore, blest One in Three;  
O grant us life that shall not end,  
In our true native land with thee. Amen.

*Devotions follow, which conclude: √ Most Sacred Heart of Jesus, ℞ Have mercy upon us. iij.*

**T**ANTUM ergo Sacraméntum  
Venerémur cernui:  
Et antíquum documéntum  
Novo cedat ritui  
Præstet fides suppleméntum  
Sénsuum deféctui.

Genitóri Genitóque  
Laus et jubilátio:  
Salus, honor, virtus quoque  
Sit et benedíctio:  
Procedénti ab utróque  
Compar sit laudátio. Amen.

√ Panem de cælo præstitísti eis allelúja.  
℞ Omne delectaméntum in se habéntem  
allelúja.

**T**HEREFORE we, before him bending,  
This great Sacrament revere;  
Types and shadows have their ending,  
For the newer rite is here;  
Faith, our outward sense befriending,  
Makes our inward vision clear.

Glory let us give and blessing  
To the Father and the Son,  
Honour, thanks and praise addressing  
While eternal ages run;  
Ever too his love confessing  
Who from both with Both is One. Amen.

√ Thou gavest them Bread from heaven,  
alleluia. ℞ Containing within itself all sweetness,  
alleluia.

Orémus.

**D**EUS, qui nobis sub Sacraménto mirábili, passiónis tuæ memóriam reliquisti: tríbuæ quæsumus, ita nos Córporis et Sánguini tui sacra mystéria venerári; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas in sácula sæculórum. ℞ Amen.

Let us pray.

**O**GOD, who in a wonderful Sacrament hast left unto us a memorial of thy passion: grant us, we beseech thee, so to venerate the sacred mysteries of thy Body and Blood; that we may ever perceive within ourselves the fruit of thy redemption: Who livest and reignest, world without end. ℞ Amen.

### The Divine Praises

Blessed be God.

Blessed be his holy Name.

Blessed be Jesus Christ, true God, and true Man.

Blessed be the Name of Jesus.

Blessed be his most Sacred Heart.

Blessed be his most Precious Blood.

Blessed be Jesus in the Most Holy Sacrament of the Altar.

Blessed be the Holy Ghost, the Comforter.

Blessed be the great Mother of God, Mary most holy.

Blessed be her Holy and Immaculate Conception.

Blessed be her Glorious Assumption.

Blessed be the Name of Mary, Virgin and Mother.

Blessed be Saint Joseph, her most chaste spouse.

Blessed be God in his Angels and in his Saints.

May the Heart of Jesus, in the Most Blessed Sacrament, be praised, adored, and loved with grateful affection, at every moment, in all the tabernacles of the world, even to the end of time. Amen.

*Ant.* Adorémus in ætérnum \* Sanctíssimum Sacraméntum. Allelúja.

*Psalmus 116.* Laudáte Dóminum, omnes Gentes: \* laudáte eum, omnes pópuli:

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: \* et véritas Dómini manet in ætérnum.

*Ant.* Adorémus in ætérnum \* Sanctíssimum Sacraméntum. Allelúja.

*Ant.* Let us forever adore \* the Most Holy Sacrament. Alleluia.

*Psalm 117.* O praise the Lord, all ye heathen \* praise him, all ye nations:

For his merciful kindness is ever more and more towards us \* and the truth of the Lord endureth for ever.

*Ant.* Let us forever adore the Most Holy Sacrament. Alleluia.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spiritúi Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
et in sácula sæculórum. Amen.

*Ant.* Adorémus in ætérnum \* Sanctíssimum  
Sacraméntum. Allelúja.

Glory be to the Father, and to the Son, \* and  
to the Holy Ghost;

As it was in the beginning, is now, and ever  
shall be \* world without end. Amen.

*Ant.* Let us forever adore the Most Holy  
Sacrament. Alleluia.

### Parish Notes

**Vespers is chanted** in Latin at 3.00 on Sunday afternoons, preceded by a rehearsal at 2.15, please join us.

**Thursday, 9 May, Ascension Day, Procession & Solemn Mass 7.00 p.m.**

### Anniversaries

- 22 April Duncan Convers, SSJE, Priest & Rector, RIP (1929)  
Alan Champion, RIP (2011)
- 23 April Samuel Charles Borden, Jr, RIP (1877)  
Edwin Marshall Luckenbach, Benefactor, RIP (1950)
- 24 April Leon Sayles, RIP (2020)
- 25 April Mother Virginia of All Saints, RIP (2019)
- 26 April John Miller, Birth  
Sarah Vaux Connelly, Benefactress, RIP (1930)  
Ann Baeder Williams, Benefactress, RIP (1930)  
William Richard Brown, III, Priest, RIP (1992)  
Monika Sauter, RIP (2020)
- 27 April Anna Barclay Stephenson Rex, Benefactress, RIP (1934)

### Kalendar

- 22 April Ss. Soter & Caius, Mm.; *Of the Octave*
- 23 April S. George, M.; *Of the Octave*
- 24 April Octave Day of S. Joseph; *S. Fidelis of Singmaringen, M.*
- 25 April S. MARK, EV.; *Greater Litanies*
- 26 April Ss. Cletus & Marcellinus, Pp. Mm.
- 27 April S. Peter Cansius, C.D.
- 28 April Easter IV; *S. Paul of the Cross, C.; S. Vitalis, M.*



## Saint Clement's Church

2013 Appletree Street  
Philadelphia, Pennsylvania 19103  
215.563.1876 ✉ [www.s-clements.org](http://www.s-clements.org)

### Sunday

Low Mass 8.00  
Centering Prayer 9.30  
Rosary 10.00  
Terce 10.30  
Solemn Mass 11.00  
Vespers & Benediction 3.00

### Monday–Friday

Low Mass 12.10  
Vespers & Novena 5.30

### Saturday

Low Mass 10.00  
Rosary 10.30 (1<sup>st</sup> Saturdays)  
Vespers & Novena 3.00

The Rev'd Richard C. Alton, *Rector*

The Rev'd Barbara D. Henry, *Associate Priest & Archivist*

The Rev'd Justin Lanier, *Associate Priest*

Mr. John A. Carter, *Eucharistic Visitor*

Mr. Andrew W. Nardone, *Parish Administrator & Sacristan*

Mr. Peter Richard Conte, *Organist & Choirmaster*

Mr. Bernard Kunkel, *Associate Organist*

Ms. Isabella Isza Wu, *Organ Scholar*